










Delineatio Synoptica
trium Concionum
ex initio Cap.
5. Esaiæ,
quæ triduo feriarum pœni-
tentialium
ex mandato

REVERENDISSIMI ET ILLUSTRISSIMI PRIN-

cipis ac Domini, Domini Johan-
nis Adolphi, in ducatibus
Schlesvic. & Hols.

AD

1. 2. 3. Maji indicta-
rum
Ecclesiæ
Christianæ
proponentur:
asscriptis collectis, lectionibus
& psalmis tum usur-
pandis.

SLESVIGÆ
MDCV.

Trium concionum textus ex Esai. 5.

WOlan / ich wil meinem lieben ein Lied meines vettern singen von seinem weinberge.

Mein lieber hat einen weinberch an einem fetten orth. Vnd er hat jhn verzeunet / vnd mit steinhauffen verwahret / vnd edle reben drein gesenckt. Er bauwete auch einen thurm drinnen: vnd grub eine kelter drein.

Vnd er wartet / das er drauben brechte. Aber er brechte heerlinge.

Nu richtet jhr bürger zu Jerusalem / vnd jhr menner Juda zwischen mir vnd meinem weinberge. Was solt man doch mehr thun an meinem weinberge / das ich nicht gethan habe an jhm? Warumb hat er den heerlinge gebracht / da ich wartet / das er drauben brechte?

Wolan / ich wil euch zeigen / was ich meinem weinberge thun wil. Seine wand soll wechgenommen werden / das er verwüstet werde / vnd sein zaun soll zurissen werden / das er zutreten werde. Ich wil jhn wüste ligen lassen / das er nicht geschnitten noch gehacke

hacke werde: sondern disteln vnd dornen darauff wachsen. Vnd wil den wolcken gebieten / das sie nicht drauff regnen.

Des Herrn Zebaoth weinberch aber ist das hauß Israel / vnd die menner Juda seine zarte feser. Er wartet auff recht: Sihe / so ists schinderey: auff gerechtigkeit / Sihe / so ists klage.

HAnc pericopen pro tribus trium harum feriarum concionibus sufficere prorsus existimo. Equidem cum primum ad meditationes has accederem, maximam totius huius capitis partem assumere constitueram: verum cum invocato Christo singula penitius ponderarem, magis ex re & usu tam doctorum quam auditorum fore animadverti, si hoc anno his explicatis, reliqua, siquidem ita Deo visum fuerit, in proximum interpretanda reserventur. Omnino enim præstat pauciora fideliter, fundamentaliter, &, ut ita dicam, applicativè tractando inculcare, quam plura obiter, generaliter, superficialiter & quasi in transcursu perstringendo salutare.

Potest autem, ut omnia sint & clariora & accommodatiora, totus textus iam positus in primæ statim concionis vestibulo auditoribus prælegi, ut, quid expectandum sit tribus his feriis, mox ipso in limine appareat.

Exordium à statu præsentium temporum.

Ostendatur argumentum.

Fiat deinde diſtributio in capita ſequentia ſex.

Primum caput titulus eſt ſeu propoſitio, qua quid inſtituerit Propheta ſignificat.

In ſecundo rem ipſam aggreditur, & inexplicabile ſummumq; Dei erga Judæos ſtudiũ, & ſingularia atq; copioſa in eam gentem beneficia exponit.

Tertio capite extremam Judæorum ingratitudinẽ & ſceleratam perfidiam vates deſcribit, qua præter omnem Dei exſpectationẽ, tantam ipſius benignitatem, curam & favorem exceperunt.

Quartum in perſona ipſius Dei indignitatem tam nefariæ & inexpectatæ malitiæ exaggerat provocatione ad ſententiam & conſcientiam ipſius populi Iſraëlitici.

Quintum caput futuras pœnas denunciat.

Sexto, ne cui obſcura aut inexplicata illa relinquantur, applicatio ſubnectitur brevis & nervoſa, qua, quos hæc res concernat, liquido oſtenditur.

Hinc patet concionem hanc Propheticam ad institutas hasce publicarum supplicationum solennitates vel maximè esse accommodatam. Quæ enim hoc loco Esaias auditoribus suis proponit, illa ipsa his quoq; diebus tractanda esse nemo ignorat.

Possunt capita seu partes hæ sex in tres conciones ita non incommodè distribui, ut unaquælibet sibi duas explicandas sumat.

Prior primæ concionis pars.

Propositionem habet seu inscriptionem, qua se Propheta ad concionem hanc accingit, & quid sibi proposuerit ostendit.

Verba: **Wolan ich wil meinem lieben ein Lied meines Vettern singen von seinem Weinberge.** Attendamus ad voces singulas, quarum diligens observatio quinq; hic mēbra constituere poterit.

Primo expendenda venit particula **Wolan:** quam Propheta quasi cogitabundus, & populi sui præfractam inobœdientiam intimo cordis affectu

considerans pronunciasse & quasi ex abrupto in tieffen gedancken protulisse videtur.

Estq; vox partim indignantis ob auditorum malitiam,

partim gementis, dolentis & querentis de illorum surditate,

partim ad aliam concionem seipsum quasi excitantis, & aditum seu transitum sibi parantis.

Ac si diceret: Ego vos hactenus multis concionibus & magna contentione ad pœnitentiam sum hortatus: sed quid fit? Surdis fabulam. proh dolor: proh pudor. Neq; tamen mihi cessandum aut quiescendũ est. De novo igitur vos compello, telam quidẽ eandem texens, aliam tamen concionis formam afferens, ut & munere mihi divinitus commisso indesinenter fungar, & vos tandem scelerum vestrorum pœniteat. Weil ich leider sehe etc. Wolan. vel: ob ich wol etc. tamen &c.

Qui serio Deum timet, conscientiæ & officii rationem habet, ad auditores suos attendit, atq; eorum salutem quæ-

quærit: ille hunc Prophetæ affectum; qui verbis vix satis pingi potest, rectissimè & facilimè assequetur. Insiste.

Insignis doctrina pro vigilibus Ecclesiarum, ut officii sui perpetuo meminerint, & indefesso labore ac serio studio semper instent docendo, arguendo, ad resipiscentiam exhortando, monendo &c. A 1.

seq; ad hoc ipsum ipsi quasi excitent & exstimulent, ut nunquam non velut de novo alacriores redditi fidelitati priori augmentū aliquod adjiciant: 2.

neq; vel molestiæ tædio, vel laboris magnitudine, vel odiis, ingratitudine aut contumacia inobœdientium auditorum, qui se in officio retineri non sinunt, & in quos frustra omnis labor & fides impendi videtur, superari aut frangi se patiantur: 3.

sed semper provinciam datam obeant, institutum urgeant, pias admonitiones inculcent, & omnes, quas Deo illuminante & dona subministrante ad eam rem facere viderint ratio- 4.

tiones, fideliter & vero zelo ineant atq; uſurpent. Wolan / jmmer wideran. Jmmer mehr bußpredigten / jmmer newe Buß vnd Betetage etc.

Illuſtretur ſcripturæ mandatis & exemplis.

B. Conſiderent etjam hæc auditores,
1. ne hanc ſuorum curatorum fidem iisdem exhortationibus modis omnibus incumbentem ægre ferant, exſibilent, exagitent &c:

2. ſed divinitus mandatam ſciant, neceſſariam, utilem, & ſuæ ſaluti deſtinatam ſtatuant, ideoq; ament, magnifaciant & exoſculentur:

3. & ſe tot, toties iteratis, tot etjam modis variatis exhortationibus, vel tandem vinci, molliri, corrigi, & ad frugi meliorem traduci ſinant, cum gutta etjam lapidem ſæpe cadendo cavet, & ferrum, ſaxa, aliæq; res duriſsimæ impreſsionem temporis diuturnitate admittant.

Secundo. Quid ergo inſtituit Propheta? Wie wil ers anfahen? Jch wil / ſpricht er / ein Lied ſingen / concionem

can-

cantioni includam, ſi vel ſic vos flectere queam.

Vide & agnoſce Prophetæ induſtriam et prudentiam, qui eandem doctrinam, easdem redargutiones, easdem exhortationes, alio atq; alio modo, alia atq; alia forma proponit & inculcat.

Non igitur tantum licet, ſed & ex- A
pedit piè cogitare de variis rationi- 1.
bus, quibus res eadem ad auditorum animos expugnandos, cum jucunditate etjam aliqua, decenti tamen & theologo ceu Dei vicario & legato convenienti gravitate inſtilletur.

Et faciunt ad hunc uſum etjam can- 2.
tica Eccleſiaſtica, quæ ſemper eo ſunt dirigenda, non ut de more tantum decantanda ſumantur, ſed ſecundum auditorii neceſsitatem & utilitatem, ut ſemper certus ſcopus ſpectetur, **das mans den Leuten beid zuſinge vnd zuſage.**

Et huc pertinet conſideratio cauſa- 3.
rum cur non tantum integer pſalmorum liber, ſed & alia cantica paſsim in volumine Biblico nobis præſcriban-

tur legenda, expendenda, canenda &c.

4. In summa omnia & singula ad omnium & singulorum ædificationem in Ecclesia sunt prudentissimè instituenda, & accuratissimè referenda.

B. Videãt & agnoscant etjam vel hinc
1. singuli summam Dei in nos benevolentiam, & de emendatione ac salute nostra solicitudinem, qui per ministros suos non uno tantum modo nobiscum agit, nec corda semper oberrat eadem, sed initis variis viis, conversioni & saluti nostræ studet, jam præceptis, nunc promissionibus, modo comminationibus, tum parabolis & exemplis, canticis deniq; partim lætis, partim gravibus & minacibus: Der fromme Gott lesst vns singen vnd sagen prosa & rythmo, oratione simplici & modificata, soluta & ligata nos compellat. Varia huc jucundè possunt afferri, tum alia, tum etjam de poësios ac musicæ usu &c.

2. In sacris ergo conventibus & alibi psalmos suavissimos audientes, unaq; con-

concinentes, tum aliâs, tum in his præsertim litaniarum diebus, cogitemus singuli: ecce hæc in tuum usum, ad te docendum, corrigendum &c. canuntur, **Da lest dir der Herr seinen willen zusingen / da wird dir durch ein heiliges Liedlin deine sünde / verderbnis / elend / Gottes zorn vnd straff angezeigt / busse geleret / vnd der weg zur seligkeit furgehalten etc.**

Væ autē homini, qui tot modis, tam fideliter, tam familiariter, tam paternè à Deo compellatus & admonitus omnia tamen contemnit. Videamus singuli etjam atq; etjam, ne incurabili contumacia querelam Christi in nobis quoq; impleamus, quam de Judæis edit: tibia cecinimus vobis, & non saltastis: lamentati sumus vobis, & non planxistis. 3.

Tertio: cui ergo seu in cujus gratiam canticū hoc tuum Esaia piissime concinnabis? Resp. **Meinem lieben.** Intelligit ipsum Deum, quem scilicet postea vocat Dominum exercituum. Huic canet. Non quod hæc auditoribus non proposuerit, aut quasi res ad

ipsos nihil pertineret: coram illis enim hæc loquitur, & in illorum usum hæc concionatur: verum mentione Dei, ad quem se convertit, & cujus causam agit, auditores ad majorem attentionem & ardentius resipiscentiæ studium excitare vult, cumnimirum videant, vatem non tantum in conspectu Domini, sed & ipsi Domino hæc cantare & pronunciare.

Multa hic ponderanda occurrunt.

A Vocat Propheta Deum dilectum suum, ut à quo verè se diligi novit, &
1. quem vicissim sincero amore complectitur. Illud consolationi, hoc admonitioni servit, piis Ecclesiæ doctoribus.

2. Dicit Propheta, se ea quæ Dei sunt, à Deo scilicet mandata, præscripta, & ad Deum pertinentia, ipsi Deo cantare. Doctrina, consolatio, admonitio.

3. Propheta Deo dilecto suo operam & fidem suam probare, & illi suæ diligentiæ rationem reddere studet: ita ministri verbi.

Pro-

Prophetæ hoc ipſum ſufficit, ut ma- 4.
ximè apud multos ex auditoribus ni-
hil proficiat, modo dilecto ſuo Domi-
no Deo ſe placere ſciat, nec corã ipſo
reus fiat neglecti officii & perditionis
auditorum. Der Herr / cui hæc canit,
wird hören vnd zeugen / das er nichts vnter-
laſſen etc. Ita miniſter. Iſt ja alles ausbün-
dich ſchön.

Habent illa ipſa etjam pro auditori- B.
bus multiplicem uſum. Applica pro te
& auditoribus, tum ad omnes totius
anni, tum inprimis harum feriarum
annuarum conciones.

Quarto: cujusnam erit hoc canti-
cum, an proprium Eſaiæ? Reſp. Ein
Lied meines Vettern / qua appellatione
filium Dei promiſſum huic populo
Meſsiam ex poſteritate Davidis hu-
manam naturam aſſumpturum expri-
mit, quem patruelem ſuum appellat,
quòd etjam ipſe ex eadem tribu oriun-
dus fuerit. Hic unicum fundamentum
eſt, hic caput, hic Doctor Eccleſiæ
utriusq; teſtamenti. Hujus hoc canti-
cum eſſe dicit: hujus nomine, hujus
juſſu,

jussu, imo hoc ipso hæc dictante se hæc cantare asserit: non igitur secus audiendum, quam ipsum Christum.

Doctrina insignis pro doctoribus & auditoribus. Ministri verbi non canunt propriam cantilenam, sed salvatoris Christi, qui illos mittit, verbo instruit, spiritu regit, successu provehit &c. Huc varia de legatione nostra. Consolatio: admonitio.

Auditores igitur fideles suos ministros, tanquam Christi legatos, atq; ita ceu Christum ipsum intueantur & habeant.

Quintò. Cantici materiam exprimit: Von seinem weinberg. Hoc est, de Ecclesia (ut in sequentibus explicatur) quam mihi dilectus meus custodiendam & curandam commisit, de hac canere institui, qualis illa sit, quid Deus in illam contulerit, quàm ingrata illa fuerit, & quid illi propterea expectandum sit &c.

In explicatione hujus membri 1. doceatur quod & cur Ecclesia vineæ comparetur hic & passim alibi.

2. Cu-

2. Cujusnam eſt illa vinea? Domini Dei Zebaoth & Salvatoris Jeſu Chriſti. Is ea nihil habet precioſius, magno labore eam fundavit & plantavit, ardua faciens, acerba patiens, ſanguinē fundens, vitam ponens &c. Ideoq; tenerrimè eam amat, non negligit, ad illam attendit, illam obſervat, omnem curam & cogitationem in illam ponit, illam fovet, tuetur &c. ſed & tanto majoribus ingratam pœnis premet, quanto majoribus beneficiis cumulavit, ut in progreſſu dicetur.

3. Et hanc ipſam colendam Deus fidei miniſtrorum concredidit. Unde patet

& quanta illorum ſit dignitas:

& quanta in ipſis requiratur fidelitas:

& quæ ipſis repoſita ſint & expectanda præmia fidelitatis:

& quantæ ipſos maneant pœnæ infidelitatis.

4. Hinc exemplo Prophetæ porro oſtendatur, quæ debeat eſſe materia omnium cogitationū, meditationum, cantionum, concionum &c piorum

verbi

verbi miniſtrorum, nimirum de Eccleſia Chriſti: hanc vigilent, hanc ſomnient: huc omnia dirigant, ut illam rectè curent, rectè doceant, rectè regant, & in officio contineant.

Applicentur illa omnia ad nos, noſtra, noſtros.

Pars altera.

Videamus igitur nunc initium hujus cantici Prophetici, in quo oſtenditur, quanto amore benigniſsimus Deus vineam hanc ſuam complexus, quanto ſtudio proſecutus fuerit, quantis beneficiis affecerit, & illi de omnibus ad abundantem culturam neceſſariis proſpexerit.

Verba cantici: **Mein lieber hat einen Weinberg an einem fetten orth: vnd er hat jhn verzeunet / vnd mit steinhauffen verwaret / vnd edle reben drein gesenckt. Er bawet auch einen thurm drin / vnd grub eine kelter drein.**

In explicatione horum verborũ pio & ſerio ſtudio quatuor præſtentur.

1. Ipſa verba ſigillatim illuſtrentur, tum quoad protaſin ſeu propoſitionem

nem

nem comparationis, tum quoad apodoſin ſeu redditionem accommodationis ad curam Dei, tum in ſpiritualibus, tum in corporalibus, ut ubiq; appareat immenſa Dei bonitas erga vineam ſuam.

Prima commendatio beneficiorum Dei eſt à loco. Mein lieber hat einen weinberg an einem fetten orth. Ad uberem proventum vinearum multum momenti habet ſitus ratio. Niſi enim terra fœcunda, naturâ fertilis, pinguis, locus ſoli expoſitus, flatibus clauſus, labore & ſtudio coloni parum proficitur. Sic æternus Deus vineæ ſuæ largitur benedictionem & corporalem & ſpiritualem, ut nihil fertilitatis ad fructus producendos illi deſit. Spiritualiter gratia Spiritus ſancti per verbum & Sacramenta eam regenerans, renovans, fœcundans: corporaliter etjam locum habitationis, halcyonia, victum & vitæ neceſſaria pro ſuo beneplacito ſuppeditans.

Secunda à ſepium beneficio. Und er hat jhn verzeünet. Uſus ſepium eſt par-

tim ſeparare et diſcernere ab aliis, aliorumq; prædiis, partim aliquo etjam modo tueri. Ita Deus vineam ſuam plurimis rationibus diſtinguit ab aliis gentibus prophanis, illam pro ſuo peculio habet, illam ſingulariter reſpicit, fovet, tuetur. Huc doctrina de providentia Dei generali & ſpeciali, & de variis notis, quibus Eccleſia ab omnibus aliis in genere humano cœtibus diſcernitur.

Tertia à munitione fortiori. **Vnd mit ſteinhauffen verwaret.** Muniuntur etjam vineæ parietibus lapideis (utitur enim poſtea Propheta parietis appellatione) Ita Deus vineam ſuam etjam pariete concludit, id eſt, firmiſsimè munit Eccleſiam ſuam protectione robuſtæ manus ſuæ: fulcit etjam pectora robore ſpirituali, ut ſint corda ad omne infortunii genus parata & roborata, ac ſi dura ſilex, & ſtet marpeſia cautes.

Quarta commendatio bonitatis divinæ à vitium præſtantia. **Vnd edle reben drein geſenckt.** Cum eſt in vitibus vitium

tium parum ſpei eſt fœlicis proventus. Ut enim in omnibus vegetabilibus à ſtirpe et ſeminibus ex parte pendet proventus, ita vitium vitium vitiat vineam, facitq; plurimum ad culturam ut nobiliſsimis vitibus conſeratur vinea. Sic æternus Deus nullo pacto deeſt Eccleſiæ, vitem veram & nobiliſsimam filium ſuum exhibens, cui palmites ſuos vera fide inſerit, dans etjam varia & præclara dona, quibus membra Eccleſiæ inſtruit, ut iis ditata varia egregiaq; facta, virtutes & pietatis opera edere poſsint. Huc doctrina de donis, quæ Eccleſiæ communicantur, generalibus & particularibus.

Quinta à propugnaculo & ſpecula. Er bawet auch einen thurm drinnen. Solent in vineis turres nonnunquam exſtrui, quæ & propugnaculi & ſpeculæ loco ſunt. Per turrim hanc rectè intelligemus, tum excubias & vigilias angelicas, tum ſtatum politicum & Eccleſiaſticum, quorum uterq; ſimilitudinem aliquam turris habet. In politia

enim pii magiſtratus populum obſervant, tuentur, propugnant, regunt. Miniſtri verbi vigilant, orant, ſonitu tubæ de periculis admonent, errantes in viam reducunt, delinquentes arguunt &c.

Sexta à torculari. Und grub eine kelter drein. Torcularis in vineis uſus eſt, ut vinum ex uvis exprimatur &c. Per hoc torcular non incommodè partim legem ejusq; diſciplinam, partim conſcientiæ dictamen, partim adverſa & caſtigationes, aliaq; id generis adminicula accipiemus, quibus homines cunctantes premuntur & excitantur, ut debitos fructus ferant, & à peccatis abſtineant.

Habes brevem hujus ſimilitudinis explicationem generalem. Tu, ut plura iis addere, & propius in partibus accommodationis accedere, & rem accuratius tangere poſsis conator: tantum hoc obſervetur, huc pertinere & referri debere omnia Dei beneficia, quæ in Eccleſiam ſuam confert, quæ, quò fuſius & diſtinctius, bona

tamen

tamen applicatione, auditoribus ſpectanda depinxeris, eò rectius officium feceris.

Secundo fiat accommodatio dictorum ad Eccleſiam gentis Judæorum, cum qua Propheta hic coràm agit, quam ſibi in peculium Deus elegerat.

1. Hanc verè plantârat Dominus exercituum in colle pinguiſsimo & fœcundiſsimo, dans illi terram lacte & melle fluentem, & omnibus rebus neceſſariis corporaliter & ſpiritualiter affatim cumulans.

2. Segregaverat illam ſibi, & ab omnibus gentibus terræ diſcreverat. Hic recenſeantur hiſtoriæ victoriarum, quas Judæi obtinuerunt adverſus populos quos ejecit Dominus ante faciem eorum, cum aliis prærogativis ipſos à prophanis gentibus diſtinguentibus.

3. Fortiter eam munierat, cuſtodierat, protexerat, ne ab hoſtibus exſcinderetur.

4. Vitibus nobiliſsimis eam conſeverat, dulciſsimam de Meſsia promis-

ſionem donans, multos etjam præſtantiſsimos viros in illa gente excitans, fide, pietate, heroicis motibus & nullo non virtutum genere admirabiles, fide in Saluatorem promiſſum res præclariſsimas gerentes.

5. Politiam quoq; rempublicam & regnum Iſraëlitarum pulcherrimè ordinaverat, ſacerdotium præclarè inſtruxerat: Prophetas etjam plurimos excitans, qui præter alias muneris partes ad officium faciendum omnes hominum ordines exhortarentur.

6. Legis repagulis & diſciplina in officio populum continebat, ſæpius etjam re ita poſtulante variis caſtigationibus affligebat, ut hoc pacto carnem frenaret, peccandi luxuriam & licentiam inhiberet, & fructus bonos eliceret.

Ad hæc ſex capita referri poſſunt omnia & ſingula Judæorum privilegia & ornamenta, in veteri inprimis teſtamento deſcripta, & novo etjam paſsim decantata, quorum ulteriorem collectionem, conſiderationem, & in ſex

ſex hæc capita diſtributionem induſtriæ & pietati cujuslibet committo.

Tertiò adhibeantur hæc ipſa etjam ad demonſtrandam fœlicitatem Eccleſiæ novi teſtamenti, quæ plantata & collecta eſt ex variis gentibus per totum terrarum orbem diſperſis.

Etenim 1. eam Deus in loco fertili conſevit & ſpiritualiter & corporaliter. Eſt ipſi Chriſto inſita, ex cujus plenitudine ſugunt & hauriunt fideles omnia neceſſaria, & pinguefiunt oleo dulciſsimo Evangelii, oleo inquam leniente, reficiente, nutriente, medente &c. Corporalibus etjam beneficiis ubertim eam locupletat, ut ad ſuam gloriam & illius ædificationem pater prudentiſsimus conducere cernit & decernit.

2. Diſtinxit eam evidentiſsimè ab aliis gentibus & ſectis, tum nominis Chriſtiani appellatione, tum verbi ſalvifici ſalutari prædicatione, tum Sacramentorum efficaciſsimorum inſtitutione.

3. Petræ invictæ eam impoſuit, de-

fendens eam ſua cura, ut ne portæ quidem inferorum ſint prævalituræ adverſus eam.

4. Spiritu ſancto cives ejus donat, ut cum naturà ſint vaſa iræ & mera caro, ipſo inhabitante renaſcantur, & novi fiant homines, ſemen nobile, filii altiſsimi.

5. Subinde quoq; proſpicit Eccleſiæ de piis magiſtratibus, regibus, principibus & aliis heroicis viris, qui ſint propugnatores & nutritii. Excitat etjam vigilantes Epiſcopos & doctores, qui ſeriò ſalutem auditorum quærunt, docendo ignaros, requirendo errantes, arguendo delinquentes, excitando ſecuros, exhortando ſomnolentos, excommunicando contumaces, abſolvendo pœnitentes, & alia id genus munia obeundo.

6. Et quoniam alias pleriq; in officio ceſſant, non tantum concione legis urget, ſed & cruce premit, convertens pœnas meritas in ſalutarem diſciplinam &c.

Quarto. Hæc ipſa ſex capita ordi-

ne

ne etjam ad nos nostrosq; homines applicentur, & ostendatur, quomodo eodem plane studio hucusq; erga nos Deus usus sit, quamq; nihil horum nobis negatum, quin locupletissimè nobis omnia pater benignissimus hactenus præstiterit, atq; etjamnum præstet.

Enumerentur hîc Dei beneficia, annis sic satis multis nobis exhibita, spiritualia & corporalia.

Respiciant autem inprimis singuli ad se, sua & suos.

Quis non videt quam latus hic dicendi campus pateat? demus ergo operam, ut fidem nostram Deo probemus in horum commemoratione: nec simus in exaggerandis tot tantisq; Dei in nos beneficiis, quibus tot modis, tam diu, tam multipliciter, tam variè, tam largiter fruimur, vel lenti vel somnolenti, sed fervidi, sed seduli, sed, quantum datur, diserti.

Deniq; usus hujus commemorationis subnectatur, qui inprimis in quatuor consistit.

1. Ut agnoſcant noſtri homines nobiſcum tantum beneficiorum divinorum cumulum, tum in genere omnes, tum ſinguli ſuo loco, nec cæcis oculis, ſurdis auribus, & ſtupidis cordibus illa prætereamus.

2. Pro agnitis etjam Deo gratias agamus, quod in hodiernũ uſq; diem horum locorum regna, ducatus, regiones, provincias, urbes, cœtus, familias, & nos ſingulos tam paternè noverit, foverit, rexerit, texerit, paverit, beaverit, in choro, in foro, in thoro &c. Hæc gratiarum actio tum ſingulis vitæ momentis, tum in conventibus publicis, maximè autem hiſce Litaniarum diebus ferveat.

3. Accedat ardens precatio ad benigniſsimum Patrem, ut propter filium unigenitum noſtri miſereri, peccata nobis remittere, eundem in nos animum propitium clementer ſervare, nobisq; porro benefacere dignetur.

4. Ad gratitudinem nos excitemus, ut Deo tam ineffabiliter benefico vera pietate occurramus, ſtudio ejus reſpon-

ondeamus, ei nos excolendos præ-
amus, vitam emendemus, à pecca-
quibus immersi sumus, ut cras di-
tur, resipiscamus, ne iram & seve-
atem ejus in nos provocemus, de
io perendie.

Collecta.

Dancket dem Heren / wente he ys fründt-
/ Vnd sine güdicheit waret ewichlick.

Nedige / barmhertige Godt / woldedige/
vnd milde Vader / wy dine arme kinder
hinen vor dinem angesichte mit demödi-
n gemöte in kindtlikem vortrüwen vp di-
gnade in Christo dinem söne vorheten:
dancken dy van gantzem herten vor dine
uthsprecklike veeluoldige vederlike woldåt/
du vns ock in dissen landen gantz gnedich-
nu so eine lange tydt ertöget vnd bewyset
fft / vnd noch dachlick dersuluigen vns int-
mein vnd insünderheit lest geneten: hefffst
ns nah dinem euenbilde geschapen / vnd do
dorch den fall vnser ersten oldern vorlaren
ren / dorch de betalinge dines eingebarnen
ns wedderum erlöset: erhölst dat gebuwete
ser welt vnd vns darinne: giffst vns dyn
hilli-

hillige salichmakende wordt sampt den hoch
werdigen gnadenmidlen der hilligen Sacra
menten / darmit du dy dorch wercking des hi
ligen Geistes eine hillige Christlike Kerck
samlest / vns lerest / regerest / vornyest vn
thor salicheit vörest : beschüttest dissen dy
nen winberch wedder den Düuel vnd al
hellische porten / ketter vnd tyrannen : erhol
ock den standt der weltliken auericheit / da
mit dine Kercke gebuwet / gericht vnd gerech
ticheit gehandthauet / vnd alles wat dissem th
wedderen affgeschaffet werde : giffst darbene
uen den gemeinen landtfrede / vnd lyfflik
nottrofft disses leuendes : tuchtigest vns ock n
dinem vederlichen rade mit allerley straffen
vp dat wy tho erkentenis vnser sünde / ware
bote vnd beteringe vnsers leuendes gebracht
vnd nicht mit der godtlosen werlt vordöme
werden. Vor disse vnd alle andere dine woldå
sy dy loff vnd danck gesecht van nu an bet in
ewicheit. Ach aller gnedigeste Godt / erweck
in vns dines Geistes krafft / dat wy sulcke di
ne güdicheit jo mehr vnd mehr danckbarlic
erkennen / vnd dersuluigen nah dinem wor
de vnd befehl recht vnd Christlick gebruken
darmit wy nicht dorch vnse godtlose vndanck
bar

heit dinen so vel billigern vnd iuerigern
n erwecken/ so vel vnuordeender vnd gro-
dine gůde suslangegewesen: Nim vns tho
den an/ erholt vnd vormere by vns disse
e woldadt/ vnd giff dat wy desuluige tho
en ehren/ tho warer bote vnd bekeringe/
vorbeteringe vnses sündtliken leuendes/
tho vnserem tydtlikem vnd ewigem heyl
penden / vmb Jesu Christi dines alder-
sten söns vnses einigen midlers willen/
nen.

pistolæ loco more recepto legatur
tus pro concione explicandus.

vangelii vice sit parabola: Matt.
Homo erat paterfamilias, qui
ntavit vineam &c. ad verba: red-
t ei fructum temporibus suis.

reces finita concione post Litani-
singulis his diebus dicendæ.

Fer. 1.

Rope my an spricke de HEre in der tydt
der noth.

So wil ick dy erredden/ vnd du schalt my
prysen.

Fer. 2.

De HEre ys na allen de en anropen.
llen de en mit ernst anropen.

Gnedich vnd barmhertich ys de HEre.
Gedüldich vnd van groter güde.

BArmhertige / getrůwe / allerleueste Hem
melsche Vader / de du vns in aller jege
werdigen vnd vorstahnden noth dy anthor
pen befahlen / ock vmme dines eingebarn
leuen söhns Jesu Christi willen gnedige erh
ringe thogesecht hefft: Wy bekennen dy v
se veluoldige sünde / darinne wy entfang
vnd gebaren synt / ock de wy dachlick bega
gen hebben / vnd darmit dinen rechtuerdig
thorn vnd allerley straffe / tydtlick vnd ew
vordarff / gar wol vordenet. Wy bidden
uerst O allerleueste Godt vnd Vader /
woldest vmme Jesu Christi willen vns g
dich vnd barmhertich syn / den woluorde
den thorn lindern vnd affwenden / vnd
dissen forchliken tyden vor allerley vngelu
vnd vnheyl vns behödden. Erholt O Here
ne hillige Christlike kercke / vnd dines wor
warheit / beschutte vnse gnedigste vnd gn
ge Auericheit / sampt eren Hochwisen
den / trůwen denern / vnd gehorsamen vnd
danen / segene dat hußregimente / vnd ford
de Christlike kindertucht / giff frede / gesun

heit vnd dat dagelike brodt: behöde vns vor falscher lehre / krych / pestilentz / dühren tydt/ führes vnd waters nodt / vnd allen woluordeneden plagen: in dine vederlike beschüttinge beuehlen wy vns semptlick van herten / an lyff vnd seele / gudt vnd ehren / vnd allem wat du vns gnedichlick hefft gegeuen. Sy Gnedich O Here / sy gnedich / lath o Here dyn angesichte rycklick auer vns lüchten / dat wy dine vederlike hulpe sehen vnd mercken / vnd diner gnedigen jegenwerdicheit vns jümmer mögen van herten erfrouwen/ vnd dy als vnsen Barmhertigen Godt vnd Vader ewichlick lauen vnd prysen / Dorch dinen einigen allerleuesten söne Jhesum Christum vnsen Heylandt vnd Heren / Amen.

Psalmi ante & post Concionem una cum Litania pro cujuslibet loci ratione cantentur:

Ach Godt van Hemmel süh darin.
Waket vp gy Christen alle / sydt nüchtern all thogelyck.
Idt wolde vns Godt gnedich syn.

SECUNDA CONCIO.
Esai. 5. v. 2. 3. 4.

Vnd

Vnd er wartet das er drauben brechte/ aber er brachte heerlinge.

Nu richtet jhr bürger zu Jerusalem/ vnd jhr menner Juda zwischen mir vnd meinem weinberg. Was solt man doch mehr thun an meinem weinberge das ich nicht gethan habe an jhm? warumb hat er den heerlinge gebracht/ da ich wartet das er drauben brechte?

Post necessariam repetitionem rerum præcipuarum ex hesterna concione, ad pium usum & serium affectum accommodatarum, ad verba nunc posita convenienter procedatur, quorum explicatio itidem ad duas partes redigi potest: Quam se ingratam præter omnem Domini exspectationẽ vinea exhibuerit: Id quod secundo loco exaggeratur provocatione ad ipsorum Israëlitarum sententiam & conscientiam.

De Primo.

Prima pars his continetur verbis: Vnd er wartet das er drauben brechte/ aber er brachte heerlinge.

Duo his verbis indicantur: tum in quem

quem finem Deus ſuperiora beneficia omnia in vineam ſeu Eccleſiam ſuam contulerit & conferat, & quid ab ipſa pro tam ſolicito & operoſo cultu exſpectarit & exſpectet: tum quam plane vinea ſtudio, intentioni & exſpectationi Domini ſui non reſponderit aut reſpondeat.

Prius hiſce ineſt verbis. **Vnd er (Mein lieber / der Herr Zebaoth) wartet / das er (sein weinberg) drauben brechte.** Ut enim vineæ non alia de cauſa coluntur, quam ut fructum ferant: ita Dominus in illum finem Judæos & nos plantavit, filio ſuo inſevit, tot beneficiis affecit, ut fructum pietatis multiplicem feramus.

Hi fructus per vocem uvarum intelliguntur, ſicut per verbum exſpectandi Dei voluntas exprimitur.

In explicatione hujus prioris membri hic obſervetur ordo.

Primo expendatur vox uvarum, in cujus conſideratione indicetur:

1. quæ ſint illæ uvæ, quas nos proferre conveniat, omnia nimirum veræ pietatis opera.

 Per-

Pertinet hoc ad totum hominem, ad totam naturam, omniumq; membrorum & potentiarum vires, à quibus omnibus & ſingulis varii fructus produci debebant.

Explicetur partim in genere, quoad generalem rationem Chriſtianiſmi juxta ordinem præceptorũ decalogi:

Partim in ſpecie, quoad ſingulos homines, in ſuo ordine & ſtatu, ſecundum diſtincta officia, addo etjam ſecundum varia hominis membra & facultates. Attende ad ſimilitudinem vitis.

Latiſsimus hic eſt dicendi campus, cum nihil ſit, quod ad vitam & officium noſtrorum auditorum omnium & ſingulorom pertineat, quod huc referri non poſsit, juxta primam & ſecundam tabulam.

2. quare ejusmodi pietatis fructus, interni & externi, in genere & ſpecie, dulciſsima ſimilitudine uvarum depingantur.

Nimirum propter pulchritudinem, 1. propter ſuavitatem, 2.

propter delectationis gratiam, 3.
propter usum multiplicem &c: 4.
Secundo ponderetur vox exspectandi. **Er wartet.** Qua ostenditur

1. Et Deum serio velle, mandare, postulare, & exigere à nobis tales fructus. Non enim tantum non requirit nec vult malos fructus produci: sed nec satis ipsi est, si maximè mala non fiant, sed vult bonos fructus à nobis edi. Neq; satisfieri sibi patitur externâ specie, foliis &c. Nec probantur ipsi talia Ecclesiæ membra, quæ inani nominis Christiani professione superbiunt, aliena interim à fide, charitate, & sanctimonia, verisq; fructibus, sed sunt vel hypocritæ, vel vitam vivunt à nomine Christiano alienam.

2. Et in hunc finem Deum omnia fecisse & facere, ideo nos creasse, ideo nos redemisse, ideo omnis generis bonis tum corporalibus tum spiritualibus, tum privativis tum positivis, nos cumulare, ut gratitudinem nostram declaremus studio bonorum operum ad ipsius gloriam & proximi utilitatem.

 3. Et

3. Et ipſum Deum magnâ & diuturnâ longanimitate hos fructus à nobis exſpectare (Er wartet) nec ſtatim arborem infrugiferam exſcindere.

4. Et impensè Deum hiſce fructibus delectari, quod & vox uvarum & verbum exſpectandi, quo quaſi deſiderium Dei exprimitur, innuit.

Illuſtrentur ſingula teſtimoniis.

Tertio exſtruatur ex his conjunctis doctrina utiliſsima & inprimis neceſſaria de cauſis maximis, quæ omnes & ſingulos ad ſerium minimeq; hypocriticum pietatis & bonorũ operum ſtudium impellere & exſtimulare debent.

Omnia Dei in nos beneficia. 1.
Debita gratitudo & fructus. 2.
Finis noſtræ creationis, redemtionis &c. 3.
Dei mandatum. 4.
Dei longanimitas. 5.
Deus illis delectatur. 6.

Quarto horum omnium ſeria fiat ad nos noſtrosq; accommodatio, was Gott von vns erwarte etc.

Sequi-

Sequitur altera particula in parte prima. Vidimus quid Dominus à vinea sua exspectarit: videamus jam quid ipsa produxerit. Quod ita effert Propheta: Aber er brachte heerlinge. Quibus verbis Propheta ostendere vult, oleum & operam, ut humanâ phrasi utar, Deo periisse, & populum ipsius loco uvarum dulcissimarum labruscas acerbas, hoc est, loco pietatis & virtutis, omnis generis peccata, flagitia & scelera edidisse.

Ordo explicationis hic sit.

1. Indicetur quæ sint illæ labruscæ seu peccata quæ homo profert: contra singula præcepta primæ & secundæ tabulæ: respectu Dei & proximi: tum in genere tum in specie: in vita & officio: omittendo & committendo: secundũ omnia omnino membra &c. In specie autem labruscæ illæ, quas postea à v. 8. usq; ad 25. prolixè enumerat, huc breviter afferri & attingi possunt.

2. Ostendatur ratio similitudinis & appellationis, quare hæc hominum

peccata labruſcis comparentur.

3. Expendatur vox Er brachte / quæ oſtendit ſpontaneum labruſcas proferendi ſtudium ob corruptionem originalem.

4. Accommodentur hæc ad nos, et indicentur in ſpecie labruſcæ, quarum proventus apud nos in omnibus ordinibus inprimis eſt copioſiſsimus & uberrimus.

Notis breviſsimis hæc perſtringo, verum nemo eſt, qui non videat feneſtram ſibi apertam ad inculcanda omnia, quæ cujuſlibet auditorium efflagitabit.

De altero.

Antequam ad triſtiſsimam meritisſimæ pro tanta ingratitudine pœnæ denunciationem & comminationem accedat Eſaias, inſerit prius juſtiſsimam & accommodatiſsimam exaggerationem, qua rei indignitatem emphaticè illuſtrat.

Introducit autem (ut eſt mutatio perſonarum in Prophetis frequentisſima) ipſum Deum loquentem, ut eò magis

magis præfractorum corda percellantur.

Deus igitur ipſe quaſi medium ſe interponit & in concionem progreditur, ut de ſuo ſtudio & vineæ ſuæ ingratitudine teſtetur, ne quid cuiquam excuſationis relictum videri poſsit.

Et ut omnia ſint evidentiora, non ſimpliciter hæc pro juſtiſsimo majeſtatis ſuæ judicio aſſerit, decernit, aut affirmat: ſed provocat ad ſententiam illorum ipſorum, qui rei erant, & in quos concionem hanc inſtituebat.

Membra hujus provocationis duo ſunt.

Prius: ipſa ad judicandum provocatio. **Nu richtet jhr bürger zu Jeruſalem/ vnd jhr menner Juda zwiſchen mir vnd meinem weinberg.** quaſi dicat: vos ipſos appello, ô viri judæi, quos hæc res concernit, veſtram ipſorum ſententiam non defugio, imo veſtrum judicium expeto: ſcio ipſos vos, utcunq; mali ſitis, pronunciare tamen in conſcientia veſtra aliter non poſſe, quàm iniquè mecum agere vineam meam,

 quod

quod pro tantis beneficiis tanta maleficia, pro tanta ſolicitudine tantam ingratitudinem reponat.

Illuſtrentur hæc verba ſimilibus ſcripturæ teſtimoniis & exemplis, in quibus Deus hominum quaſi cenſuræ ſe ſuaq; ſubmittere, & velut ſententiam inter ſe & ipſos ab ipſis pronunciari velle legitur.

Expendantur hic doctrinæ, quas theſibus propono.

1. Ita Deum nobiſcum agere, ut nos ipſos judices ferre & noſtram etjam cenſuram legitimam & ſecundum dictamen propriæ conſcientiæ ex lege naturæ prolatam ſuſtinere poſsit, **Er kan nicht alleine leiden / ſondern fordert es von vns / das wir in vns ſelbs gehen / vnd zwiſchen jhm vnd vns diſsfals richten mögen.**

2. Tantam eſſe Dei juſtitiam & bonitatem, ut etjam noſtro ipſorũ judicio nihil in ea rectè deſiderari poſsit.

3. Eam eſſe hominum ingratitudinem & iniquitatem, ut ipſi non queant non de ſe & contra ſe ſententiam proferre.

4. Iram

4. Iram Dei & pœnas divinitus immissas etjam ipso homine suffragante iniquas videri nec debere nec posse.

Explicentur hæc, & inculcentur, & applicentur diligenter, cum in genere, seu quoad statum communem, tum in specie respectu uniuscujuslibet hominis. Et verè statuamus vocibus **jhr bürger zu Jerusalem / vnd jhr menner Juda** compellari nos & nostros, in his ducatibus, oppidis, cœtibus, pagis, familiis &c. insiste.

Posterius: Quid igitur est de quo judicare & sententiam dicere cives Jerusalem & viri Juda debent? Etjam hoc bipartitum est.

1. **Was solt man doch mehr thun an meinem weinberge / das ich nicht gethan habe an jhm?** h. e. Primum volo vos judicare & definire seu decernere, num quicquam in me desideratũ fuerit, & num vos vel quisquam alius potuerit aut posit jure aliquid in me requirere, quin omnia vineæ meæ præstiterim, quæ erant necessaria ad ubertatem, fœlicitatem, salutem &c. scio vos in

abyſſo cordium veſtrorum & in conſcientiæ penetralibus non aliter ſtatuere poſſe, quam quod omnia, quæcunq; bonus agricola quisquis demum ille ſit (id enim vult particula, was ſolt man doch) facere poteſt & debet, fecerim. Aut dicite mihi, quid fuerit prætcrea faciendum vineæ iſti meæ, aut cum hoc verè non poſsitis fateamini neceſſe eſt, nihil à me neglectum, nihil intermiſſum, abundè me omnia feciſſe &c.

Tractetur hoc primum generaliter, & doceatur:

1. Non habere quenquā hominum, quod de Deo queratur, quaſi non omnia cumulatiſsimè præſtitiſſet & præſtaret, quæ ad incolumitatem & ſalutem tum totius Eccleſiæ, tum ſingulorum hominum neceſſaria & utilia ſunt. Was ſolt man doch mehr an vns thun / das Gott nicht an vns gethan hat?

2. Nihil afferre verè hominem poſſe, quod impietati ſuæ prætexat, aut quo ſe excuſet.

3. Proinde omnem culpam perditionis

nis in ipſo ſolo hærere, eſſeq; Deum non tantum omnibus modis ab illa immunem, verumetjam ad eam omnibus modis avertendam ſuam obtuliſſe dexteram.

4. Et hæc omnia etjam nobis ipſis judicibus & teſtibus ita indubitatè habere. **Wir müſſen ſelbs alſo vrtheilen vnd bekennen / können ſelbſt nicht ſagen / woran es mangele / vnd was vns Gott hette ſonſt mehr thun ſollen.**

Deinde ſpecialiter accommodentur hæc ad Iſraëlitas: tū inprimis ad nos, omneſq; homines. Quid enim non fecit, quid non facit eorum Deus, quæ nobis ſervandis ſervire poſsint? cum nulli eſſemus ex gratuitâ bonitate ad imaginem ſuam nos creavit, dominos omnium conſtituit, propriâ perfidiâ lapſos reſtituit, verbo ſalvifico donat, Spiritu ſancto illuminat, docet, ducit, errantes in viam revocat et corrigit, expanſis brachiis omnes ſub peccatorum ſarcina gementes allicit, venientibus refocillationem & ſalutem certam offert, & præſtat, omnibus,

quæ

quæ salutem nostrã remorari possint, occurrit, præsidia etjam corporalia suppeditat, & nihil non facit, quod ad procurandam salutem nostram æternam & corporalem sit necessarium.

Fideli & serio studio hæc inculcentur.

2. **Warumb hat er den heerlinge gebracht/ da ich wartet das er drauben brechte?** Hoc posterius est, de quo judicare & sententiam pronunciare ipsi Judæi debent: quia nimirum nihil verè nominari potest, quod in cura & cultu Dei homo requirat, quid ergo causæ sit, cur tam extremè se ingratum exhibeat, ut loco uvarum h. e. fructuum fidei & obœdienitæ, acerbas labruscas impietatis, incredulitatis & inobœdientiæ producat. Quanto enim minus vos Judæi aliiq; omnino homines judicare & indicare poteritis, quicquam me omisisse, tanto indignius est, tantam esse vestram ingratitudinem, ut omnem cultum, quem vobis adhibui, tam perversè collocetis.

Ergo

Ergo: 1. peccatorum et malitiæ causa non est nisi in nobis.

2. Si nos Deus ingratitudinis & contumaciæ arguat, non ipsum sed nos accusemus.

3. Quod si accusationi pœnas addat, jure optimo contra nos utitur.

4. Et quidem proprii cordis testimonio condemnamur, tum hîc, tum præcipuè etjam in futuro illo tremendoq; Dei judicio. Des Menschen hertz vnd gewissen muß vnd wirt jhn vberzeugen/ Das ihm Gott der Herr kein vnrecht thue.

Fiat seria applicatio & relinquantur pii ardentesq; in animis stimuli, ad seriam peccatorum agnitionem, vitæ emendationem, & ardentem invocationem &c. ut effugiamus iram Dei etjam nostro calculo justissimam, adversus ingratitudinem nostram etjam nostro suffragio iniquissimam &c.

Collecta ante Epistolam

Wy hebben gesündiget mit vnsen Vedern. Wy hebben mißgehandelt vnd sind Godeloß gewesen.

Ewi-

EWiger vader / gnediger Godt / de du vns einem jderen vor sick vnd in sinem stande vnuthsprecklike woldade an liue vnd seele ryck-lick vnd dachlick bewysest / darentjegen ouerst disse danckbarheit mit billigem rech wedder-um van vns forderst / dat wy nah vthwysin-ge dines hilligen wordes gude fruchte brin-gen / dy in hillicheit vnd gerechticheit ge-horsamlick denen / vnsen negesten als vns sul-uest leuen / in vnsem ampte flitich syn / vnd vele gudes dohn / alle vnse lidtmate vnd kreff-te inwendich vnd vthwendich na dinem willen tho dinen ehren / ertöging der godtselicheit / vnd vnsers negesten nütticheit gebruken. Wy bekennen ouerst in kindtliker demot vnd mit warer hertliker bedröffnis / dat wy vns bet-hertho vel anders den sick gebörde hedde je-gen dy ertöget / an stede der Leefflikén drü-uen / de du van vns vorwachtedest wilde drüuen gebracht / vnd dy mit vnsen mißhand-lingen / auertredingen vnd sünden gröfflick be-leidiget vnd höchlick ertörnet / dat gude gela-ten / dat böse hüpich begangen hebben / in vn-sem ampt vnd leuen / inwendich vthwendich / vntelliger veluoldiger wyse / datsuluige ys vns warlick van herten leidt / dat wy jegen dy so

so gantz vndanckbar gewesen / also dat wy sulueſt richten vnd bekennen moten / jdt hebbe an diner vederliken güdicheit vnd sorchfoldicheit vnſe tydtlike vnd ewige heyl thobeforderen gar nicht vnd nergent gemangelt / können ock mit warheit nicht ſeggen / wat du mehr an vns heddeſt dohn ſchölen : derwegen den din torn jegen vns ſo veel billiger ys. Wy bidden öuerſt dorch dine gruntloſe barmhertigheit / de alle morgen nye wert vnd ſo ſo grot ys alſe du ſulueſt biſt / du woldeſt vns vnſe ſchendtlike vntrüwe / ſchrecklicke vndanckbarheit vnd mennichuoldige ſünde vederlick vorgeuen / mit dinem hilligen Geiſte vns erwecken / dat wy henuorder vns der waren bekering vnd aller ſchuldigen danckbarheit jegen dy mit ernſt vnd van herten annemen vnd beflytigen / vp dat wy dinen torn vnd de wolvordeende ſtraffe entfliegen / vnd an dy einen gnedigen Godt vnd Vader hyr tydtlick vnd dort ewichlick hebben vnd beholden mögen / vmme Jeſu Chriſti dines leuen ſöns vnſes Heren willen / Amen.

Epiſtola textus explicandus.

Evangelium Luc. 13. ab initio capitis ad verba: Sin autem, in futurum ſuccides eam.

Poſt

Post Litaniam repetantur preces supra positæ: Barmhertige etc.

Vth deper noth schrye ick tho dy.
Erbarm dy miner o Here Godt.
Godt de Vader wahn vns by.

TERTIA CONCIO.

Esaiæ 5. v. 5. 6. 7.

Wolan / ich wil euch zeigen / was ich meinem weinberge thun wil. Seine wand sol wechgenommen werden / das er verwůstet werde / vnd sein zaun sol zurissen werden / das er zutreten werde. Ich wil jhn wůste ligen lassen / das er nicht geschnitten noch gehackt werde / sondern disteln vnd dornen darauff wachsen / vnd wil den wolcken gebieten / das sie nicht drauff regnen.

Des Herrn Zebaoth weinberch aber ist das hauß Israel / vnd die menner Juda seine zarte feser. Er wartet auff recht / sihe / so ists schinderey: Auff gerechtigkeit / sihe / so ists klage.

Restant adhuc duæ partes cantici parabolici Prophetæ, quas nunc Deo dante expendemus & expediemus.

Prima

Hæc pars continet ſeriam denunciationem horribilium pœnarum, quibus Dominus Deus Zebaoth vineæ ſuæ ingratitudinem juſto judicio ſe ulturum edicit.

Membra duo ſunt.

Prius procœmiolum eſt ſeu comminationis propoſitio. **Wolan / ich wil euch zeigen / was ich meinem weinberge thun wil.** Conſiderentur voces ſingulæ.

1. **Wolan:** quia ſcilicet tanta eſt vineæ meæ malitia & ingratitudo, ut ipſi vos non poſsitis non judicare, longe aliter me de illa meritam, age, non poſſum nec debeo ab illa punienda diutius abſtinere: eritisq; vos ipſi ex antedictis teſtes & judices me præter jus & fas non agere.

Deus etſi diu connivet ad peccata 1.
hominum, tandem tamen juſtitiæ ſuæ memor, in illa animadvertit:

Et tamen nequaquam cœco impe- 2.
tu aut furore ad pœnas exigendas fertur, ut ſolent tyranni:

ſed ita agit, ut ſuorum judiciorum 3.

rationem ante ostendat, & , ut ita dicam, ex præmissis, quæ negari, tum quoad jus (quod majorem Syllogismi constituit) tum quoad facta seu culpam (quæ loco assumtionis sunt) ne quidem ab ipsis reis possint, conclusionem necessariam ipsis quoq; tractantibus & necessario probantibus eliciat & proponat.

2. Ich wil euch zeigen. Nota. Prædicturum & quasi digito ostensurum ac velut depicturum se ostendit Deus, quid facere instituerit, ne ex improviso pœnis justissimis opprimantur, quin potius præmoniti adhuc de remediis necessariis cogitent.

Hoc pacto cum hominibus semper agere consuevit Deus, ut demonstrant historiæ biblicæ præter quotidianam experientiam.

Summum hoc misericordiæ divinæ signum est, quod præmonet miseros nos homines de ira sua & pœnis imminentibus. Idq; variis modis:

Verbo, concionibus legis,

Exemplis ante oculos positis: stimulis

mulis conſcientiæ ex veterno & letargo evigilantis: Ominibus, præſagiis, oſtentis &c.

Totum hoc in eum finem, ut tempeſtivè Deo percuſſuro occurramus, verâ pœnitentiâ, agnitione peccatorum commiſſorum, & pœnæ & malorum meritorum deprecatione per filium mediatorem, & vitæ non ſimulatam emendationem. 2.

Agnoſcamus hanc Dei bonitatem: 3.
Den es ja ein freund iſt / der vns warnet:

Expergefiamus ad ejusmodi prædi- 4.
ctiones & præmonitiones, & illas nō negligamus, ſed in eum finē, in quem proponuntur, uſurpemus.

3. Inprimis attendenda & urgenda vocula Euch. Vobis, inquam, qui hæc auditis, qui pœnis digni eſtis: vobis, inquam, hæc ſpectanda & conſideranda exhibebo, quomodo vos ſim excepturus: ut vos, vos, inquam: vos, inquam, ipſi de veſtra ſalute etjam nunc ſollicitos reddam.

Das Euch gilt nun heut vns. Applica.

4. Was wiltu den ah frommer Gott vns

zeigen? Resp. Was ich thun wil/ quomodo scilicet constituerim punire peccata ingrati mei populi. Quod n. de pœnis loquatur, jamjam videbimus.

Nota. Die straffen sind Gottes thun/ ipsum habent autorem, ab ipso infliguntur, permittuntur, gubernantur, determinantur.

Doctrina. Discamus non à Satanæ aut organorum injuriis pœnas dependere.

Consolatio. Pater est, qui percutit, nec arbitrio Satanæ & hostium nos ita tradit, quin pœnarum sit moderator, &, si resipiscant puniti, ablator.

Admonitio. Contra vero tantus est hic Dominus, ut manum ejus effugere nulla creatura ulla ratione aut modo possit. Metuamus igitur nobis ab ipsius ira, & resipiscamus.

5. Vocula was ostendit:

1. & certum pœnarum demensum jam apud Deum constitutum & decretum esse, quod nec Satanas transgredi, nec nos declinare, nisi resipuerimus, queamus:

&

& hoc ipſum was nobis divinitus 2.
patefieri, ut ſequitur

punitı igitur hoc vel illo pœnarum
genere agnoſcamus illud ipſum eſſe, 3.
quod ſe immiſſurum jam ante Deus
oſtenderat.

6. Cui autem infligere pœnas Dominus conſtituit? Meinem weinberg: Ecclesiæ meæ, populo meo proprio, peculiariter à me dilecto, electo tot beneficiis affecto &c.

Ergo: 1. nemo immunis à flagellis Dei. Nec nomen Eccleſiæ aut populi Dei nos tuetur. Imo tanto & gravior & juſtior ſequitur indignatio: quanto major in Eccleſiã extitit beneficentia.

2. Vocat tamen ſuam vineam, etjam eam, quã punire decrevit, oſtendens etjam in pœnis patere nobis aditum ad gratiam priſtinam, & ſe etjam tum non abjecturum, ſed pro ſuis habiturum, modo ſerio ad ipſum convertamur. So ſol die ſtraffe nicht hindern/ das er nicht der vnſer / vnd wir die ſeinigen ſein. Applica.

Alterum primæ partis membrũ pro-

ponit ipſam pœnarum enumeratio-
nem. Senſus ex ſuperioribus patet.

1. Seine wand ſol weggenommen werden/ etc. curabo ut auferantur munitiones quibus hactenus vinea mea inſignis & ſecura fuit. Hæc ſunt initia omniũ pœnarum & malorum, ſi ſuam defenſionem & manum Deus auferat: tum omnia patent vaſtatoribus, & interitui extremo ſubjacent.

2. Ich wil jhn wüſte ligen laſſen. Non miſerebor ejus confeſtim, ut afflictionum diuturnitate ad mentem ſaniorem redeat.

3. Das er nicht geſchnitten noch gehackt werde. Non habebo ejus rationem, auferam omnem meam curam, ut nihil quicquam ab aliis locis incultis differat. Atrociſsima comminatio. Nota gradus & ſucceſsionẽ in pœnis. Sondern diſteln vnd dornen darauff wachſen / ut ſolet fieri in locis, quæ non coluntur: ſublata efficacia Spiritus ſancti homines in exitialem licentiã effundi et ſuo arbitrio ferri in varia peccata ſinam.

4. Vnd ich wil den wolcken gebieten / das ſie

sie nicht drauff regnen: auferam omnem benedictionem spiritualem & corporalem.

Habes breviter horum verborum sensum, in quo ad duplicia semper attende, nimirum Spir. & corp.

Hic primo in genere doceatur justissimum Deum nō relinquere hominum peccata vel tandem impunita: & quo ferventior cura, eo ardentior ira: soletq; Deus tales hominibus infligere & immittere pœnas, quæ præstitis & acceptis atq; ab ipsis improbè contemtis beneficiis magna ex parte respondent: cumq; nos non præstamus ea Deo, propter quæ ipse nobis omnia præstat, sed contraria præstamus, aufert rursus omnia illa sua quæ præstitit, & contraria præstat immittendo & permittendo. 1. 2. 3. 4.

Secundò speciatim etjam colligantur ex verbis jam positis (nullum enim est pœnæ genus, quod eò referri non possit:) variarum pœnarum classes, quibus Deus impœnitentes gradatim corripit.

1. avertit animum paternum.
2. desinit curam habere nostri.
3. aufert suam defensionem &c.
4. privat nos gubernatione S. S.
5. tollit ministerium verbi.
6. tum Diabolo aditus patet.
7. adulterationes doctrinæ.
8. homo sibi relictus suo arbitrio in varia peccata atq; extremum exitium fertur.
9. aufertur etjam benedictio corp.
10. datur locus tyrannis.
11. immittuntur bella, pestis, fames & nullum non mali genus privatim & publice.

Tertiò demonstrentur hæc exemplo inprimis Judæorum, tum aliorum populorum.

4. Applicentur superiora omnia ad nos, qui quam similes simus Judæis ingratitudine & peccatis, ex hesterna concione patere debuit: similitudinem in pœnis hæc particula ob oculos ponat, ubi ostendatur, quid horum pasi hactenus simus: quid horum etjamnum sentiamus: quid horum exspectandum etjam porro nobis sit.

Uſus. 1. Agnoſcamus ſeriam Dei iram. 2. Perpendamus particulatim mala noſtra quibus premimur, & ea non caſu aut fortuito ſed Dei voluntate nos affligere ſtatuamus.

3. Revocemus nobis in memoriam peccata, quibus hæc meriti ſumus & meremur. 4. Cogitemus de remediis ſalutaribus & neceſſariis.

Poſtrema pars.

Parabola hactenus propoſita explicatur, ne quis, ad quos ea pertineat, & quid ſibi velit, ignorare ſe prætendat.

Sunt autem hujus explicationis duo membra: prius de ipſa vinea: poſterius de fructibus.

Primum enim ſi quis quærat: quid tibi vis Eſaia? quorſum hæc ſpectant quæ canis? quæ eſt illa vinea de qua loqueris? Reſp: **Des Herren Zebaoth weinberg aber iſt das hauß Iſrael / vnd die menner Juda ſeine zarte feſer**: vos vos Iſraëlitæ eſtis vinea illa Domini cui tanta bona exhibuit, quam tam ingratam experitur, et cui tam atrocia minatur:

natur: vos viri Iuda estis plantulæ illæ delectabiles, teneræ & nobiles, quas plantavit et propagavit, nūc vero ob ingratitudinem evellet & profligabit.

Docemur his verbis duo. 1. Oportere fidelem Ecclesiæ doctorem non tantum parabolas proponere sed & interpretari, atq; accommodare: & non modo in genere loqui & docere, sed & ad speciem descendere & applicare: Daß das ists davon ich rede / die die sinds / du / du bists / den das wort des Herren angehet.

2. Ita hic applicanda omnia ad nos: nos enim sumus &c: & ut hic Propheta dicit: Das hauß Israel uno quasi complexu totum populum notans, ita nos sciamus hic intelligi das hauß vnd volck in Schleßwig / Holstein / vnd was dazu gehört. Deinde ut Propheta se quasi magis explicans nominat die menner Juda: ita nos omnes & singulos horum ducatuum, regionum & provinciarum incolas significari statuamus, quos scilicet omnia ea concernant.

Secundo si domus Israël & viri Juda quæ-

da quærant: quomodo ergo nos hæc tangunt? Solts wol bey vns also zugehen sicut heri questus est Dominus? Was ist den fur mangel, quid est cujus nos reos peragat Dominus? Resp. Er wartet auff recht / sihe / so ists schinderey / auff gerechtigkeit / so ists klage. Habes explicationem de uvis & labruscis, quos scilicet fructus à nobis Deus requirat, & contra quas nos labruscas producamus.

Fructus quos Deus à nobis, qui fidem in ipsum profitemur, & nomen Christianismi præ nobis ferimus, postulat, duabus vocibus appellat: recht vnd gerechtigkeit / quibus tum in specie magistratum, tum in genere omnes omnino homines tangit. 1.

Postulat Deus à magistratibus, quatenus magistratus, judicium & justitiam, ut vigilantes sint in suo officio, jus & justitiam administrent, judicia legitima exerceant, juxta leges de controversiis cognoscant, justè pronunciata legitimè exequantur, sceleratos & improbos plectant, bonos & inno-

cen-

centes defendant, neminem opprimant, neminem jure & rebus suis præter jus privent &c.

Postulat Deus in genere ab omnibus & singulis recht und gerechtigkeit / ut secundum legis divinæ, quæ omnis justitiæ norma est, vivant, unicuique suum tribuant (hoc enim justitiæ proprium est) hoc est, quod illi præstari divinitus mandatum est: tum Deo, quod ipsi debetur, tum in genere proximo cuilibet, tum in specie doctoribus, auditoribus, magistratibus, subditis, parentibus, liberis, dominis, servis, conjugibus, singulis deniq; quibuscum ipsis res est debita officia pręstent.

Copiosa hîc est dicendi materia complectens totã pietatis rationem. Potes ire per omnes hominum ordines, status, sexus, ætates &c. Potes huc referre & accommodare singula Decalogi præcepta, semper adhibitis his duabus vocibus recht und gerechtigkeit / ad singulos, in singulis, juxta singula.

Et

Et hoc est illud **darauff der Herr Zebaoth wartet** / hæc sunt quæ Deus à nobis postulat jure suo, ratione dominii & beneficiorum, creationis, redemtionis, sanctificationis, conservationis, defensionis &c: hæc illi debemus, hæc ille unicè & avidè cupit, & desiderat, his ille delectatur. O nimium ingratos, ô nimium malos, si jure suo Deum privemus, si exspectationem ejus malitiosè fallamus. 2.

At vero voluntati divinæ minimè satisfit. Etenim cum Dominus exspectat judiciū: **sihe / so ists schinderey.** Dum justitiam, **sihe / so ists klage.** Duabus hisce vocibus omnes impietatis species complectitur. 3.

Transeundum igitur etjam hic est juxta singula Decalogi præcepta, per omnes ordines & status, & ad nostros inprimis respiciendum. Nulla est Dei reverentia, nullus Dei timor, hinc fit ut nulla etjam sit erga proximum dilectio, nullus amor justitiæ, grassatur oppresio & tyrannis, alii alios opprimunt, expilant & devorant &c. Sunt

pleroꝫ

plerorumq; hominum in quovis vitæ genere ſtudia & cogitationes intentæ & directæ **auff ſchinderey** / ſuis tantum quisq; commodis ſtudet, & ut proximo noceat conatur, nedum ut illi benefaciat.

Hinc naſcitur **klage** ſeu clamor. Dum enim ſtudium pietatis & bonorum operum gratam de nobis famam apud Deum ſpargere, & ceu dulcis acceptusq; ſuffitus ad Deum aſcendere debebat, aſcendit clamor peccatorum noſtrorum, queruntur Angeli, accuſant Diaboli.

Et dum ob exhibita ſibi dilectionis beneficia homo hominẽ Deo & apud Deum piis precibus commendare, & fœlicia quæq; ipſi precari debebat **ſihe ſo iſts klage.**

Illi enim qui non tantum ab aliis non foventur, ſed & injuſte opprimuntur, læduntur, exſuguntur, ad Deum tanquam ſupremum judicem rem deferunt, apud ipſum de injuriis ſibi factis gemunt, queruntur, opem petunt. &c:

Habes

Habes descriptionem vitæ humanæ & hujus inprimis seculi.

Nihil in auditorio tuo occurret, quod huc non pertineat:

Ponantur ergo singulis ob oculos sua peccata:

Moneantur singuli ut hæc agnoscentes ex animo doleant, verà in Christum fide indulgentiam petant, vitam emendent, ea de quibus dictum est fugiant, impietatem, vim injustam &c.

Charitatem & beneficentiam propriam fidei notam Dominus à suis exigit:

Nec ferent inultum, si qui contra faciant.

Patent enim aures Dei, & vindex scelerum est acerrimus.

Neminem piorum inimicum tibi facito, cujus gemitus Deus tam facilè exaudit &c.

Collecta ante Epistolam.

Godt sy vns gnedich na diner güdicheit.
Vnd vordelge vnse sünde na diner groten barmhertichett.

Ach du rechtferdige vnd warhafftige Godt ewige vader / by deme neen ansehn der personen ys / wy erkennen vnd bekennen van herten / dat wy euen desüluige syn / daruan du vns in dissen beiden vorgangenen dagen hefft predigen laten / vns / vns / hefffu de grote vnuthsprecklike woldade ertöget / vns hefftu tho dinem wynberge vnd leeffliken wynriseren gemaket vnd erwehlet / vnd aller maten geistlick vnd lyfflick vorsorget: wy wy synt jdt ock de so gantz vndanckbar jegen dy gewesen / du wachtest vp recht / sühe so ys jdt schindery / vp gerechticheit / sühe so ys jdt klage / darher du den vns kundt deist / wat du dinem wynberge dohn / vnd / wo du vns in dinem billigen thorn heimsöken wilt: wy bidden öuerst allergnedigeste vader / gah nicht mit vns int gericht / vnd handele nicht mit vns na vnsen sünden / straffe vns nicht na vnsem vordeenste / wende aff dinen woluordeneden thorn / giff vns dine gnade van sunden affthostahn vnd vnse sundtlike leuent tho beteren / blyff by vns in vnsem lande / kercken / hüsen / vnd herten / vnd make vns ewich salich / vm Jesu Christi willen / Amen.

Epistola textus explicandus.
Evang. ex Luc. 15. de ove & drachm.
Post Litan. Barmhertige.
Psal.

Vader vnse im Hemmelryck.
O HEre Godt begnade my.
Allein tho dy HErr JEsu Christ.